



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XXXIV. Markgraf Woldemar von Brandenburg weiset den Herzögen Johann und Erich von Sachsen 77 Marck feinen Silbers aus seinem Antheile am Zolle zu Schnackenburg an, am 22. Februar 1315.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

XXXIV. Markgraf Woldemar von Brandenburg weist den Herzögen Johann und Erich von Sachsen 77 Mark feinen Silbers aus seinem Antheile am Zolle zu Schnackenburg an, am 22. Februar 1315.

Nouerint vniuersi ad quos peruenerit prefens scriptum, Quod nos woldemarus, de j gracia Brandenburgensis et lusatie marchio, assignauimus et literis presentibus assignamus magnificis principibus aunculis nostris karissimis dominis Johanni et Erico, Ducibus Saxonie, Septuaginta et Septem marcas puri argenti de Nostro theloneo et in nostra parte thelonei ejusdem tollendas de prima pecunia, que obuenerit in theloneo nostro in Snakenborch prenotato. In cuius rei testimonium nostro Sigillo muniti iussimus prefens scriptum. Datum Tangermunde, anno dominij millesimo trecentesimo XV^o, Sabbato ante dominicam letare.

Nach Eubenborf a. a. D. S. 147.

XXXV. Henning Crucemann, Burgmann zu Salzwedel, bekundet den Verkauf eines Hofes in Prigitz an das heil. Geist-Kloster zu Salzwedel, am 20. Juli 1316.

In nomine domini amen. Ego henninghus, miles, dictus crucemann, castellanus in Soltwedele, Omnibus hanc litteram visuris uel auditoris Salutem in eo, qui est omnium vera salus. — — — Hinc est, quod ego Henninghus predictus in hiis scriptis publice recognosco, Quod de meorum consensu heredum vendidi monasterio Sancti spiritus Canonice Regularium prope Soltwedele pro viginti marcis argenti Stendaliengensis et fertone curiam vnam in villa prytseyr cum tribus mansis et vno Cotsato, decima minuta, cum omni Jure ac suis pertinentiis vniuersis ad caritatem eorundem dominorum pertinentem perpetuis temporibus possidendam. In cuius empconis et vendicionis euidentiam presentem litteram Sigilli mei munimine duxi roborandam. Testes huius facti sunt Strenui viri dominus Tidericus, dominus Bernardus et dominus wernerus, milites de Schulenborch, Hinricus de Bodensfede et Bodo de walstone, famuli, Castellani in Soltwedele, et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini millesimo trecentesimo XVI^o, XIII^o. kalendas Augusti.

Aus dem Copiarium des heil. Geist-Klosters zu Salzwedel fol. 63.